

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ANDA  
tanimen rufum  
inficiatio. (nisi  
durus obtulerit, et  
exprotrahere, que  
res deducuntur, &  
singulare ceramo  
in canaculo quod  
et que obfocerit  
um refundatur).

XII.  
THECO,  
LEPA.

QUADRUPEDUM. 307  
quiddam emitit de gutture, ut aëris supra caput inficiatur, & ab aliis haustus vocis auferat usum, lethalesque convulsiones inducat. Rem ita esse, per Marii milites cognitum. Curn enim feram esse putarent ovem, striae in eam repetitis vicibus incurrière gladiis: sed necati naturam detexere belluae. Occisa post per Nomades equites, & ad Marium adducta est.

### CAPUT XIII.

#### DE CYNOCEPHALO, & CHAMÆLEONTE.

**C**ynocephalus animal est capite canino, forma hominis, pescationis perittissimum; toto enim die aquæ immersum, cum magna piscium copia emergit. Veste indui mitifice gaudet, hominum nulli nocet. Indorum linguam intelligit, boves denique lactis causa mansuete pascit. *Plin. l. 7. c. 2. Strabo l. 15.* Duo in eo maxime mira. Primo, quod duobus anni æquinoctiis, duodecies in die, per singulas horas urinam reddit, noctu idem faciendo. *Precios. Iohan. in Epist. ad R. P.* Vnde imago apud Ægyptios Cynocephali in horologis urinam mittentis. Alterum est, quod ubi aliquanto tempore Luna cum Sole congregiens, expersus est luminis, mas nequicquam intuetur, nec vescitur sed demissio in terram persistit vultu: fœmina etiam nusquam oculos contorquet, missa insuper è genitali vase semine. Ideo adhæs usque tempora in sacris nutriuntur, ut Solis & Lunæ coniunctionis ex iis cognosci possit tempus. *Chamaleontem Africa gignit, frequentiorem India.* Quinque digitos in pedibus habere dicitur, quibus stat passus, curvat eos ubi terebitibus incubit surculis. Mutat colorem subinde, & oculis & cauda & toto corpore; redditque semper, quemcunque proxime attingit, præter rubrum candidumque; defuncto pallor inest. *Plin.* Aërem illi aliquando pro cibo certum est. Nam & annum integrum inediā tolerat, & excepta hiatu aura, clausisque malis tur-

turgidum ventrem ostentat. Fuere, qui obversum ad solem haurire radios, eosque hiantem sequi dicerent. Muscas venari ex Zandio habemus, qui etiam addit dissectam à se linguam palmi inventam longitudine, cavam & inanem, in summa acetabulum cum mucro; hoc tulisse prædam. Card. de subtil. Alexander Myndius contra famelici serpentis imperium sic se munire ait. Festucam bene latam & validam tenet, sub quaceu clypeo se versans contra hostem serpentem venit. Serpens, quia festuca latior est, quam oris biau ab eo separari posse, & chamaleonis membra relqua firmitiora, quam ut mortibus ladaatur, frustra se fatigat.

## C A P U T X I V.

## D E C R O C O D I L O.

**C**rocodilos Ægyptus alit, sed non æquè noxios. Fubundi versus montana, à Cairo ad mare mites; piscium illud facit defectus, præmium hoc occisi. Cuique enim, grandiorē in urbem deferenti, decem aurei nummi numerantur de fisco. Nilo etiam ad alveum deducto, fame pressi in insidiis luto obvoluti latenter, accedentes cauda percussos strangulant. Tantum in iœtu robur, ut quatuor grandioris animalis crura, uno perfreget. *Martyr.* Vnum ovum anseris edunt magnitudine; ad maximum tamen incrementum, minima origine decurrent. Duodeviginti plerumque excedunt cubitos. Pfammetichi tempore viginti & quinque. Viginti sex Amasidis. *Plin.* Legitimum judicant factū, si quid simul atque exclusus est rapuerit. *Elian.* Lingua eis adhæret tota, causa apud Arist. l. 2. de partibus anim., c. 7. Satellitem eius trochilus agit, hostem Tentyritatē. Discutit ille dormienti somnum, Ichneumonis ubi conspexit insidias, & intra patulas fauces admissus, intra septa dentium rostro excerpit carnes; quando avolare debeat, inclinata superiori mandibula præmonetur *Plutar.* Plin. 8. 25. Flumini hi innatant, dorsoque equitantium modo im-